



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 32. Caput VI. De cognitione caussarum criminalium contra Episcopos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul.XVI.
A.C.1551.

„næ illis Episcoporum justa severitate in-
„flictæ, aut remittuntur omnino, aut mi-
„nuuntur; cum non ferendum sit, ut men-
„daciū, quod tantopere Deo displicet,
„non modo ipsum impunitum sit, verum
„etiam alterius delicti veniam impetrat
„mentienti ; idcirco , ut sequitur, sta-
„tuit , & decrevit : Episcopus apud Ec-
„clesiam suam residens , de surreptione,
„& obreptione gratiæ , quæ super ab-
„solutione alicujus publici criminis, vel
„delicti , de quo ipse inquirere cooperat,
„aut remissione pœnæ, ad quam crimi-
„nosus per eum condemnatus fuerit,
„falsis precibus impetratur , per se ip-
„sum tanquam Sedis Apostolicæ dele-
„gatus , etiam summarie cognoscat,
„ipsamque gratiam, postquam per falsi
„narrationem , aut veri taciturnitatem
„obtentam esse legitime constiterit, non
„admittat.

§. XXXII.
C A P U T . VI.
*De cognitione cauſarum criminalium
contra Episcopos.*

*Episcopus nequaquam moneatur , aut cite-
tur , ut personaliter compareat , nisi ob-
eauffam , ex qua deponendus , aut privan-
dus veniret.*

„**C**um autem subditi Episcopo, tamet-
„ si jure correpti fuerint , magno-
„pere

„pere tamen eum odiſſe , & tanquam Sæcul. XVI.
 „injuria affecti ſint , falſa illi crima A. C. 1551.
 „obiicere ſolent , ut, quoquo pacto poſ-
 „ſint , ei moleſtiam exhibeant , cujuſ
 „vexationis timor plerumque illum ad
 „inquirenda , & punienda eorum deli-
 „cta ſegniorem reddit: idcirco , ne is
 „magno ſuo , & Eccleſiæ incommodo
 „grecem ſibi creditum relinquere , ac
 „non ſine Epifcopalis dignitatis di-
 „nungione vagari cogatur , ita ſtatuit , &
 „decrevit: Epifcopus niſi ob cauſam ,
 „ex qua deponendus , ſive privandus
 „veniret , etiam ſi ex officio , aut per
 „inquisitionem , ſeu denuntiationem ,
 „vel accusationem , ſive alio quovis
 „modo procedatur , ut personaliter com-
 „pareat , nequaquam citetur , vel mo-
 „neatur.

§. XXXIII.

C A P U T VII.

Quales testes ſint idonei contra Epif- copos.

„T eſtes in cauſa criminali ad informatio-
 „nem , vel judicia ſeu alias in cauſa
 „principali contra Epifcopum , niſi conte-
 „ſtes , & bonæ conuerſationis , exiſtimatio-
 „nis , & famæ fuerint , non recipiantur;
 „& ſi odio , temeritate , aut cupiditate ali-
 „quid depoſuerint , gravibus pœnis mulcten-
 „tur.

D 5.

§. XXXIV.